

www.e-rara.ch

**Novae coelestium, terrestriumq[ue] rerum observationes, et fortasse
hactenus non vulgatae**

Fontana, Francesco

Neapolis, 1646

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: Rar 4215: 1

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-450>

Tractatus tertius de Lunae observationibus in particulari.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]


Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

29

TRACTATUS TERTIVS

De Lunæ obseruationibus in particulari.



C A P V T I.

Pro quarum intelligentia, notanda sunt aliqua.



Rimò. Lunare corpus non obseruari totū quoddam homogeneum, sed heterogeneum, continens scilicet diuersi generis partes; quædam enim sunt alijs lucidiores, & ex his aliqua irradiantes, quarum vna est cæteris præstantior, binos emittens radios, & hanc præter proprium nomen, maiorem Fontem etiam vocabo: inter reliquas verò irradiantes partes, adhuc alia reperitur præcipua, binos etiam expandens radios, in maiori quadam macula existens, atq; adeo præcipuus maioris maculæ Fons appellabitur; cæteræ autem irradiantes partes, Fonticuli, & earum radij, rini, riuuoliq; nuncupabuntur.

Alia non sunt irradiantes, particulas autem, & harum particulas lucidiores se claudunt, imò aliqua, vsq; ad quattum perueniunt ordinem, & diuersas habent figuras; has, margaritas, margaritunculas, gen mas, gen mularq; dicam; enim verò

metaphorica hæc nominum trāslatio, in re ipsa, maximum habet fundamentum, vt sequentes figuras consideranti patebit, & magis, lunam ipsam Teloscopio inspicienti.

Hæ verò partes, versus Lunæ illuminatum corpus, minùs lucidæ, atq; adumbratæ, lucidioresq; versus corpus Lunæ obscurum demonstrantur.

Quædam aliæ Lunæ partes, obscuræ deprehenduntur, magis autèm, minùsq; nigrescentes, quarum aliquæ lunares maculæ communiter dicuntur, inter quas vna est omnium maxima.

Aliæ verò obscuræ partes, in lunari corpore, concauitates, foveas, rimas, rimulas, atq; quasi calles reperiri indicant, aliquibus lucidis callibus exceptis, quæ lucidas concauitates innuere videntur; quæ obscuræ partes, quasi omnes, etiam ipsæ, vmbra versus, minùs obscuræ intuentur.

Notandum secundò, me non omnium lunarium deprehensionum esse significatum explanaturum, sed dumtaxat aliquarum, quæ confirmare videntur quinq; positas assertiones in præcedenti tractatu, alijs relinquendo circa cætera materiam philosophandi, vt in præfatione ad Lectorem insinuo. Quinimò, neq; millesimam, vt ita dicam, partem eorum, quæ in lunariis obseruationibus deprehendi, sequentes figuræ exprimit, sunt enim ab humana manu indefignabilia; verùm tamèn est, principaliora à figuris manifestari.

Deniquè aduertendum est, has omnes Planetarum obseruationes, Teloscopio inuersè ostendente actas esse, & ita designatas, atq; descriptas.

Neq; ex hoc inferas luminis deprehensionem in partibus lunaribus à Sole auersis, à Teloscopio inuersè cernere faciente, oriri.

Nàm contra est, tum quia eadem etiàm deprehensio fit Teloscopio directè obseruante, tum quia opticus tubus inuertès, & mutans partium corporis lunaris situm, in ordine ad visum, inuertit etiàm, & mutat luminis positionem.

Ex hac luminis obseruatione in partibus lunaribus à Sole auersis, supra in cap. 1. præcedentis tractatus probabiliter collegi-

DE LVNÆ OBSERVAT. IN PARTICVARI. 31

legimus proprium Lunæ lumen; quæ observatio communis est omnibus lunaribus deprehensionibus: sicut in eisdem omnibus (Plenilunio excepto) in Lunæ quasi vallibus lucidæ partes, cæu prominentes pellucidi montes videntur: dico quasi valles, & cæu montes, quia licet in lunari corpore extuberantes, depressæq; obseruentur partes; insuper Concauitates, Foramina, Rime, atq; Rimulæ, etiã ibi reperiri videantur; non tamèn terrestres montes, atq; valles, vt falsò nonnulli existimabant; & hoc modò intelligitur, quod cap. 3. loc. cit. dixi in lunari corpore obseruari montes, & valles, intellige partes prominentes, depressasq;




OBSERVATIO I.

Die 21. Nouembris anno 1645. hora 24.

- A** Circunferentia corporis non illuminati, lucidior medijs corporis partibus adumbrati.
- B** Lunare corpus à Sole non illuminatum, vbi duo obseruabantur, primò scilicet proprium Lunæ lumen, etsi adumbratum, secundò vmbre inæqualitas, partium inæqualitatem indicans. lege quæ supra dixi in cap. 1. & 2. tract. 2.
- C** Quedam partes à reliquo corpore illuminato separatæ, intra obscurum corpus, quasi in Lunæ vallibus, lucidæ, vt cap. 1. loc. cit. dixi.
- D** Macula, minùs in medio, ac in circunferentia clara.
- E** Reliquæ corporis illuminati margaritales partes, magis hinc vnite, ac in reliquo corpore. itèm à punctis cornuum lunariû margaritunculæ seiunctæ, ita acuuntur, vt coincidunt cum superficie corporis non illuminati.




31 212



OBSERVATIO. II.

Die 22. Decembris 1645. hora à Solis occasu prima.

- A **S**uperficies Corporis non illuminati, deprehensa, vt in præcedenti.
- B Lunare corpus, illuminatum, non observatur etiã, vt supra aliquale Lunæ lumen proprium; item lunarium macularum vestigium, denotatum per vmbra inæqualitatem.
- C In punctis lunarium cornuum, sicut in reliqua corporis illuminati extremitate, plures margaritales partes ab ipsis remota, intra obscurum splendent: notantes ipsas, alijs eiusdem obscurati corporis partibus eminentiores, esse, atq; adeo prius illuminari, vel prius suis propriis luminibus, lucidas apparere, vt supra in cap. 1. tract. 2.
- D In extremitate corporis illuminati, multe rimæ, atq; fracturæ similes huic notata, inter quasdas Lunæ maculas, & alias corporis partes collocatæ apparebant, vt in figura; mediant huiusmodi rimas aliquæ lucide, seu margaritales partes; sūt tres maiores, duæ aliæ sunt rimæ minores. Ex qua deprehensione illud idem, quod supra de partium Lunæ inæqualitate tetigimus, corroboratur.
- E Lunarum macula, prominere conspiciebatur: inter quam, & lunare corpus, lucide, atq; margaritales partes deprehendebantur; sed certum iudicium de hoc, remitto alijs novis deprehensionibus confirmandum, vt supra dixi.
- F Corpus illuminatum, varijs, innumerisq; partibus ipso lucidioribus gemmatum; quarum quælibet aliam se lucidiorē continet, vt supra in notandis aduertit, significantes, ni fallor, partes magis, minusq; prominentes.
- G Plures quasi calles margaritunculis ornata, magis, minusve lucidi observabantur, vt in figura.




Die XXII Decemb̄r 1645 hora 1 in lunę incremento F. fontana Neap. obseruabat.

OBSERVATIO III.

Die 23. Nouembris 1645. hora solis occasu secunda.

- A **C**Orpus lunare à sole non illuminatum, suum tamen secundarium exprimit lumen, quàmuis adumbratum, sicut dictum est in præcedentibus.
- B Partes lucidæ intra Lunæ quasi valles splendescentes, quarum quædam ipsi corpori illuminato uti filo appensæ deprehendebantur; denotantes illud idem, quod supra.
- C Lunaribus macula alteri vnita, quæ in præcedenti obseruatione non cernebatur.
- D Pars irradians, Fonticuli instar, riuulos emittentis: aliæ vero margaritales partes, ceu pomæ intuebantur, & lucidiores in se comprehendebant partes, ut in figura.
- E Lunaria cornua, Margaritunculis rotundis terminata.

OBSERVATIO QVARTA.




Die xxiii. Julij. 1667. in luce incrementu hora xxiiii. Fontana Neap. obseruabatur.

OBSERVATIO QVARTA.

Die 23. Decembris 1645. hora à Solis occafu fecunda.

- A** S Vperficiēs, medio obscuro corpore lucidior, vt supra.
- B** S Corpus Lunæ non à Sole illuminatum, ſignat adhuc ſuū aliquantulum lumen, vt ſupra. Obſeruabatur, itē in vmbra inæqualitas, notans idem, quod in antecedentibus.
- C** Lucidæ partes intra obſcurum corpus nitentes, vt in præcedentibus cum eodem ſignificato.
- D** Macula quædam, inæqualem formans vmbra, in cuius medio adumbrata intuebatur pars inſtar atræ pilæ.
- E** In maiori macula, pars quædam Margaritalibus quibuſdā partiunculis ornata videbatur; & hæc plures ſunt, quæ partiuncula quibuſdam alijs partibus depræſſiores apparebant.
- F** Pars irradians principalis, quæ Fons maior à me nuncupatur, vt dixi in principio huius tractatus, nunc primò oriri incipiebat; Eſtq; verſus corpus illuminatum, obſcurus, verſus verò adumbratum, lucidus: hanc irradiantem partem, nouitèr à nouiter orientem vſquè ad Plenilunium, ſequentes obſeruaciones demonſtrant; ſicut reliquæ aliæ deprehenſiones, ipſam paulatim occidentem vſquè ad totalem ſui occultationem ſignant; hoc idem in cæteris alijs partibus, ſed manifeſtius in hoc principali Fonte contingit, ex hoc ſupra in 2. tract. probauims Lunarem gyrationem Meridiem verſus.
- G** Quædam vti uia in maiori macula exiſtens, pluribus Margaritalibus partibus inſignita; & hæc itē magis alijs partibus depræſſa obſeruabatur inſtar alicuius lucidæ cōcauitatis.
- H** Cornu illuminati corporis, vbi plures lucidæ, atq; gemmales partes obſeruabantur, àc in præcedentibus.
- I** Pars quædam atra, cōcauitatem indicans.

OBSERVATIO QVINTA



Die XXIII. Decembris 1648 hora 11 in lunc incremento F. Fontana Neap. observabat.


OBSER.

OBSERVATIO QUINTA.

Die 24. Nouembrii, hora vigesimaquarta.

- A **C**Orpus à Sole non illuminatum, suum tamèn demon-
strans, vt in præcedentibus. Item vmbra inæqualitas,
notans illud idem quod supra.
- B Gemmales, atq; Margaritales partes à corpore illuminato
separatæ, & in campo obscuro collucentes, quarum aliquæ
corpori lunari quasi appensæ cernebantur.
- C Macula, quæ fracta videbatur; indicans inæqualitatem Lu-
næ partium, vt supra.
- D Pars irradians, vt Fons maior, duos emittens riuos, seu ra-
dios super vicinam maculam, in qua clarius deprehende-
bantur.
- E Alia similis pars irradians.
- F Superficies corporis illuminati non perfectè sphericæ figu-
ræ circino formatæ, sed cum aliquali partium inæqualitate,
instar securis apparebat; vt in figura.

OSERVATIO SEXTA.



Die xxviii mensis Martii hora xxiii in luce incrementi K. formata observata N. G.


OSER,

OBSERVATIO SEXTA.

Die 26. Nouembris 1645, hora vigesima quarta.

- A** Corpus non illuminatum, in quo non discernitur umbra inæqualitas, sicut in præcedentibus.
- B** Gemmales partes in adumbrato campo lucetes, vt supra: item intuebantur semimacula.
- C** Lunaris macula maior, nigrior, atq; extensior, quã in præcedenti; & hoc idem in reliquis eiusdem deprehensionis lunaribus maculis obseruabatur. semimacula maior circumdata rimis duabus videbatur, vt in figura. propè hanc maculam pars quædam instar pilæ nigerrimæ, sed lucidæ versus Lunæ non illuminatum corpus, intuebatur, infra quam obseruabatur alia similis pars.
- D** Ions maior, plures extendens coniunctos riuos, quorum alius maculam quandam conuexè pertranseundo, quasi viâ luminosâ sternit, atq; ad Lunę diametri extremitatē pertingit.
- E** Alius riuus, vel radius, qui similiter alias Lunæ Margaritales, gemmalesq; partes conuexè interfecat; ex quibus inferitur lunare corpus secundum sē totum respectu nostri sphericum esse, licet partium inæqualitatem contineat.
- sem, occidentem*
F Fonticulus riuulos expandens; & plures sunt, qui inæqualiter radios emittunt, quidam Oriens, Occidens alij, nonnulli Septemtrionem, Meridiem versus reliqui.
- G** Macula, aliquali lumine ambita, sed maiori vmbra versus; intermediant hanc, & aliam n. aculam notatam litera C. aliqua minutissimæ Margarituncula.
- H** Gemmales partes corporis illuminati extensiores, ac in præcedētibus; & iuxta maiorem Fontem signatum litera D. in maiori numero, clariores, distinctiusq; deprehēdebantur; cuius distinctionis gratia, Margaritunculas etiam intermedia-re conspiciebatur.
- I** Macula in circumferentia lucidior, in qua nitidiores claudēbantur partes; & hoc ferè commune est omnibus lunari-bus maculis, sed hic clarius exprimebatur.

OSERVATIO VII



Die xxxvi. mensis Aprilis. h. xxiii. in lunæ incremento. Fontana Neap. observabat.

OBSERVATIO VII.

Die 27. Nouembris, anno 1645. hora 24.


- A **C**Orpus non illuminatum, vt in præcedenti.
- B **C**Partes intra obscurum corpus porrectæ lucentes.
- C **I**dem Fons maior, qui, & in præcedenti, nigrior tamen versus illuminatum corpus: cuius quidam radius, vel riuus, totâ cōuexâ circumdat Lunam, vt supra, alius verò super orientē pertransit maculam maiorem.
- D **F**ons Præcipuus maioris maculæ, inæquales extendens riuos superiores videlicet, atq; inferiores; sed quod præ cæteris consideratione est dignissimum, omnes supradictos radios etiâ maioris Fontis, alijs lunaribus partibus eminere deprehendebatur; quandoquidem aliæ lunares partes depressiores, & per consequens minus lucidæ obseruabantur, vt fusius in Plenilunio dicitur.
- E **F**onticulus alius; & huius generis plures sunt, vt in figura.
- F **N**igra pars, concauitatem signans; & hæc plures conspiciantur, vt in figura.
- G **L**unaris macula maior in qua plures margaritales, gemmalesq; partes clariore, atq; distinctius videbantur, ac in præcedentibus.

OBSERVATIO VIII.

Die 29. Nouembris, anno 1645. hora ab occasu Solis prima,

- A **C**Orpus non illuminatum, absq; vmbrae inaequalitate.
- B **T**erminus corporis illuminati, vbi non tot, ac in praecedentibus, intra vmbrae nitere deprehendebantur partes.
- C **A**tra pars, concauitatem indicans, similiter parua macula dictae atrae parti proxima, margaritunculis circumdata apparebat, lucidior obscurum campum versus, vt in figura.
- D **F**ons maior, qui & in praecedentibus, sed nunc clariùs, plures emittens binos riuos, vel radios videbatur; cuius quidam radius, conuexe maculam pertranseundo, totam cingit Lunam, vt in praecedenti.
- E **F**ons alius maioris maculae, plures inaequales emittens riuos, superiores scilicet, inferioresq; vt supra, quorum alius alio protensior est.
- F **E**iusdem maculae maioris Fonticulus obseruabatur; item in hac eadem macula Fonticulus alius, seu pars irradians, vt in figura.
- G **P**ars quaedam propè Fonticulum, clarior macula ipsa, & lucida concauitas representabatur.
- H **P**ars alia, ceu via, maculam quandam ambiens, nigrior, atque arctior praecedente, & tanquam nitens concauitas videbatur, initium sumens à termino illuminati corporis, vmbrae versus.
- I **C**ircularis pars atra, radijs tamen plena, centrum cuius nigerrimum est.
- K **A**liae plures, huic notatae partes similes, magis, minusq; radios expandentes, deprehendebantur, vt in figura.

OPERVATIO



Die xxx gbris 1679, hora 1, in lune incremento f. fontana Neap. obseruabat.


OSER.

OBSERVATIO IX.

Die 30. Nouembris, anno 1645. hora ab occasu Solis prima.

- A **C**Orpus non illuminatum, vt supra in antecedenti.
- B **P**artes intra adumbratum campum nitentes: propè quam, macula quædam margaritunculis, atq; insigni gemma ornata apparebat.
- C **L**unaris macula maior in qua Fontes tres, riuos extendentes cernebantur; Fonticulum alium etiam, iuxta extremitatem continet: huiusmodi irradiantes partes semper cum situs mutatione deprehendebantur.
- D **F**ons maior, qui & in antecedentibus deprehensionibus, plures coniunctos extendens riuos, quorum duo super lunares maculas transeuntes, viamq; lucidam parantes, conuexè totam amplectuntur Lunam; reliqui verò, licet conuexè, non tamen totum claudunt corpus; ex conuexitate quorum colligitur lunare corpus secundum se totum, & respectu nostri sphericum esse.
- E **P**lures similes huic signatæ intuebantur bislongæ catagraphorum partes, sed hæc est præcipua, radij quarum etiã bislongi, quia obliquè, & ex vno tantum latere deprehendebantur; manifestè indicantes lunare corpus non esse cæli fixam partem, sed circa seipsam volui; qui cum alijs duobus Lunæ motibus, numerum ternarium conficit, vt clarius in alijs deprehensionibus manifestabitur: itè deducitur anaglypti instar lunaris rotunditas.

Q̄SERVATIO



Die xxx. gbris 1645. hora 1 in lune incremento f. fontana Neap. obseruabat.

OBSER.

OBSERVATIO X.

- A **O**bscurum corpus, in quo distinctius, clariusq; cernebantur partes, tum à corpore illuminato separatas, tum ipsi adhærentes, nitere, ac in præcedentibus.
- B Eadem lunaris macula maior, cum eisdem quatuor Fonticulis, cum variatione dumtaxat situs, ut in figura: denotans talis situs variatio Lunam circa seipsam rotari. Multi alij Fonticuli extra maculam hæc in lunari corpore cum eadem situs variatione conspiciebantur, ut in figura.
- C Fons maior, plures expandens riuos, ac in præcedenti, duo quorum qui in antecedenti, versus corpus illuminatum convexè tendebant, in præfenti, ipsorum alter, obscuram partem versus, convexè porrigitur, illuminando partes supra quas pertranscunt; signum clarum lunaris circa propriam cætrum gyrationis.
- D Tota Lunæ illuminata: extremitas, inæqualis instar securis videbatur, & nõ admodum perfecti circuli. Margaritales, gemmalesq; item partes huic extremitati conterminas oriuntur, atq; occidere, ut expressè pars hic notata litera D. demonstrat, observabatur; vnde duo colligi possunt, lunare videlicet corpus, non esse cæli determinatam partem, & insuper, tertio motu moveri, ut insinuatum est in antecedenti, & in tract. 2.

Non notantur Planetæ, figuram circundantes, quia de ipsis infra suis proprijs locis tractabitur.

OBSERVATIO XI.

Die 30. Octobris anno 1645. hora 24.

- A** Ntra umbram apparebant etiam partes, ut supra lucentes.
B Eadem macula maior, in qua idem Fons, sed nunc magis unitos emittens riuos, vel radios deprehendebatur. distinctius item, nitidiusque; radiorum superioritas, & inferioritas situs, ac in præcedenti, apparebat.
C In supradicta macula, cernebatur etiam duo alij Fonticuli in alijs obseruationibus adhuc deprehensi, sed nunc propinquiores principaliori Fonti. Lunare corpus plures similes Fonticulos, seu partes irradiantes continet, ut in figura.
D Fons maior, cuius vnicus tantum radius, maculam transeundo conuexè, totam claudit Lunam.

Notandum, lunares maculas aliter hic deprehendi, quò ad extensionem, numerum, & figuras, ac in alijs præcedentibus, atque subsequenter obseruationibus. Item ferè omnes dictas maculas, pluribus margaritalibus, gemmalibusque; partibus ornatas, obseruari in omnibus lunaribus deprehensionibus, & sub diuersa figura. Quid verò sint lunares maculæ in tract. 2. supra dictum est.

OBSERVATIO. XII.


Die 31. Decembris 1645. hora à Solis occafu fecunda.

- A** Terminus corporis illuminati non perfectè circularis, sed cum partium fractura ceu securis.
- B** Fonticulus, qui & in præcedenti, lumine circûdatus versus obscurum campum, riuos, seu radios emittens, & hoc semper obseruabatur.
- C** Fonticulus alius etiã lumine ambitus, sex maiores habet riuos, minores alios, maiores variant aspectus, non enim semper orientales, atq; occidentales sunt, sed mutantur.
- D** Macula maior, quæ tres continet Fôtes, sicut in præcedenti præcipui Fontis radij, superiores, atq; inferiores adhuc obseruabantur, vt in alijs antecedentibus deprehensionibus; Fontem prædictum aliquæ margaritales partiuncula contingunt.
- E** Pars supradictæ maculæ lucida, varijs partibus gemmata, quarum vna hic notata, est alijs lucidior.
- F** Terminus maioris maculæ, in quo quasi callis varijs nitentibus partiunculis munita obseruabatur, propè quas alia est pars instar foueæ lumine circundata.
- G** Pars obscura, lumine tamèn circumfusa, concauitatem exprimens.
- N** In deprehensione hac, multæ nitentes, ceu calles obseruabantur partes, vt in figura, sed hæc est præcipua, maculam ipsam diuidens.
- I** Principalis Fôs maior, cuius vnicus, duplicatus tamèn radius, seu riuus, conuexè totam ambit Lunam; ipsamq; margarituncula, gemmaleq; partes ornantes.
- K** In Lunæ extremitate, sunt aliæ multæ exiguæ maculæ huic signatæ similes, sed non ita nigrescunt, ac maiores maculæ.
- L** Alia atra pars, quæ instar foueæ apparebat.
- M** Sunt multæ aliæ partes similes huic notatæ, sed non omnes æqualis extensionis.
- N** Partes duæ seu Fonticuli, bis longos emittentes riuolos, quia

DE LVNÆ OBSERVAT. IN PARTICVLARI. 55

quia obliquè, & ex vno latere videbantur, notantes illud idem quod supra dictum est; hoc idem experiebatur in cæteris alijs particulis iuxta lunarem circumferentiam, videlicèt ex vno tantum latere obseruari, signum euidens, Lunam circa se ipsam volui.

O Extremitas magis lucida lunaris maculæ, pluribus margaritalibus, gemmalibusquè partibus ornata; inter quam & maculam ipsam, terminus videbatur, vt in figura.



OB.

OBSERVATIO XIII. PLENILVNII.

Die 1. Ianuarij anno 1646. à Solis occafu bona tertia.

- A** Circulus non perfectè formatus, fed cum partiù inæqualitate, vt fecuris, confpiciebatur: & quamuis lunaris circumferentia non femper appareat fracta, & concifa, ficut deberet apparere, pofitis extuberantijs, & depressionibus, sæpè tamen ita apparet, & præfertim hic; Et multitudo illa quafi montium valdè inter sè vicinorum, afpectum fallit. Partes item iuxta ipfum circulù bislongæ apparebant, quia obliquè & ex vno dumtaxat latere deprehendebantur; ecce noua confirmatio corporis lunaris motus circa proprium centrum.
- B** Fons, plures, atq; longiores expandens riuos, quàm in præcedenti.
- C** Idem Fons, ac in antecedenti deprehenfione, fed hoc difcrimine, nam in hac, lucidus verfus illuminatum corpus, & obfcurus verfus partem prius adumbratam, quòd fecus erat in præcedenti obferuatione: & hoc idem deprehendebatur de Fontibus alijs, margaritalibus, gemmalibusq; partibus.
- D** Pars quafi callis margaritalibus gemmalibusq; partibus fepta, quæ, & in præcedenti, fed nunc in alio fitu, quia Luna in gyrum voluitur.
- E** Pars nitens maioris maculæ, inter quam, & ipfam, terminus apparebat pluribus margaritalibus partibus gemmata, vna quarum vndiq; lumine circumdata, obferuabatur etiam mutaffe locum, ficut cæteræ aliæ partes, vt in figura; fignum lunaris gyrationis.
- F** Eadem concauitas, ac in præcedenti.
- G** Alia atra pars, quæ concauitatem etiam exprimit, & in præcedenti deprehendebatur, fed hic clariùs, & in mediolucida apparebat.
- H** Fons maior, cuius vnicus duplicatus radius, vel riuus non conuexè, vt in præcedentibus, fed rectè lunares partes vſq; ad circumferentiæ extremitatem pertingit. Diftinctius, clariùs, è itèm videbatur radij, & præcipuè huius maioris Fontis,

tis, cæteris lunaribus partibus eminere.

I Idem Fonticuli, quàm in præcedenti notati litera N. sed diuersimodè, nam prioris, centro lunari proximiores riuuli seu radij Fonticuli riuuli: lunarem maculam non tangebant sicut posterioris, in hac verò deprehensione contrarium experiebatur. Item nunc æqualiter se respiciant, secus antea. signum igitur euidentis est lunaris circuntolutionis in se ipsam.

K Lunare corpus præter hunc, alios etiam continet Fonticulos huic notato similes, & præsertim in circumferentia, bislongos emittentes radios, vel riuulos.

L Obscura quædam pars, quæ concauitatem signat; & huius generis plures apparebant partes, vt in figura.

M Pars, cuius cætrum lucidum est, & plures sunt, vt in figura.

N Diuisio maculæ maioris, quasi splendida via, margaritis, gemmisq; plena, terminata ad margaritalem partem iuxta Fontem eiusdem maculæ, notatam litera N.

O Plures huic notatæ similes representabantur lucidæ partes, alias lucidiores cõtinentes, vt figura ipsa exprimit, quibus maculæ ipsæ asperguntur, vt etiam antecedentes figuræ indicant.

P Maculæ riuulus, & plures sunt, vt in figura hac, & præcedentibus notatur.

Lunaris macula quàmuis in omnibus ferè deprehensionibus inæqualiter appareat lucida, hic tamèn totum hoc distinctius obseruabatur.